

vendix una traditur: & in cibatu culices gratissimi.

De conceptu uiperæ & partu: & quæ terrestrium oua pariant.

Cap. Ixii.

**V**rsus in terrestribus oua pariant serpentes de quibus nondū dictū sit. Coeūt cōplexu adeo circūuolutæ sibi: ut una existimari biceps possit. Viperæ mas caput inserit in os: quæ illa abrodit uoluptatis dulcedine. Terrestriū eadē sola intra se parit oua unius colloris & mollia ut pisces. Tertia die intra uterū catulos excludit: deinde singulos diebus singulis parit uigēti fere numero. Itaq; cæteri tarditatis impatiētes prærupunt latera occisa parent. Cæteri serpentes cōrecta oua in terra incubant: & scētū sequente excludunt anno. crocodili uicibus incubāt mas & scēmia. Sed reliquorū quoq; terrestrium reddetur generatio.

De generatione terrestrium.

Cap. Ixiii.

**I**pedum solus homo animal gignit Homini tantū primi coitus pœnitentia augurium scilicet uitæ a pœnitenda origine. Cæteris aialibus statim per tempora anni concubitus. Homini (ut dictū est) omnibus horis dierum noctium. Cæteris satiētas in coitu. Homini prope nulla Messalina Claudii Cæsaris coniunx hanc regalem existimās palmam elegit in id certamen nobilissimam e prostitutis ancillam mercenariæ stipis: eamq; die ac nocte superauit quinto ac miliesimo concubitu. In hominum genere maribus diuerticula Veneris excogitata omnia scelere naturæ: scēminis uero abortus. Quantū in hac parte multo nocētiores q̄ feræ sumus. Viros audiores ueneris hyeme: scēminas æstate Hesiodus prodidit. Coitus auersus elephantis: camelis: tigribus: lyncibus: rhinocerotis: leoni: dalipodi: cuniculis: quibus auersa genitalia. Cameli etiā solitudines aut secreta certa petūt: neq; interuenire datur sine perniciē. Coitus tota die est tantum iis ex omnibus: quibus solida ungula in quadrupedum genere mares olfatus antecedit. Auertūtur & canes: phocæ: lupi: in medioq; coitu: inuitiq; etiam coherent. Supradictorum plarūq; scēmine priores superueniunt: reliquis mares. Versi autem ut dictū est humanitus strati. Herinacci stantes ambo inter se complexi. Feles mare stante scēmina subiacente: Vulpes in latere proiectæ: maremq; scēmina amplexa. Tauroq; ceruorumq; scēminæ uim non tolerant: ea de causa ingrediuntur in conceptu. Cerui uicissim ad alias transeunt: & ad priores redeunt. Lacertæ ut ea quæ sine pedibus sunt circumplexu uenerem nouere. Omnia animalia quo maiore corpore: eo minus scēcunda sunt. Singulos gignunt elephantis: camelis: equi. A cāthis duodenos auis minima. Ocissime pariant quæ plurimos gignunt. Quo maius est animal: tātō diutius formatur in utero. Diutius gestantur quibus longiora sunt: uitæ spatia. Neq; crescentium tēpestiua ad gerandum ætas. Quæ solidas habent ungulas singulos: quæ bisculas & geminos pariant. Quoq; in digyros pedum fissura diuisa est: eo numerosiora in scētū. Sed supiora omnia perfectos edunt partus: hæc i choatos. In quo sunt genere leonæ: ursæ: & uulpes. Informia etiam magis q̄ supradicta ursæ pariant: rarūq; est uidere parientes. Postea lambendo calefaciunt scētus omnia ea: & figurant: pariūt plurimum quaternos. Cæcos autem gignūt canes: lupi pātheræ: thoes. Canum plura sunt genera. Lacocæ octauo mense utrinq; generāt. Ferunt. lxx. diebus: & plurimū tribus mēsis. Cæteri canes & semestres coitū patiuntur. Implent omnes uno coitu. Quæ ante iustū tempus concipere: diutius cæcos habēt catulos: nec omnes totidem diebus. Existimant in urina attolere crus fere semestres: id est signū cōsumati uirū robotis: scēminæ hoc idē fidentes. Partus duodeni quibus numerosissimi: cætero quini: seni aliquādo singuli: quod pdigiosum putant. Sicut oēs mares: aut oēs scēminas gigni. Primos quoq; mares pariūt in cæteris alternant: si ineant opportuno & recto mense. Ineuntur a partu sexto mense. Octonos laconicæ pariant. Propria in eo genere maribus laboris alacritas. Viuūt laconici annis denis. scēmina duodenis. Cætera genera: quoddecim annos: aliquādo uiginti. Nec tota sua ætate generant: fere a duodecimo desinentes. Felium & ichneumonū reliqua ut canū. Viuūt annis senis. Dalipodes oī mēse pariūt: & superferant sicut lepores. A parto statim implentur. Cōcipiunt quis uber: siccante foetu: pariūt nō cæcos Elephantis ut diximus pariūt singulos magnitudine uituli trimestris. Cameli duodecim mēsis ferūt a trimatu: pariunt uere iterūq; post annum implentur a partu. Equas aut post tertiū diem aut post unū ab enixu uiliter admitti putant: coguntq; inuitas. Mulier septima die cōcipere facillime credit. Equas iubas tonderi præcipiunt: ut asinos in coitu patiantur humilitatē: comantes enim gloria superbire. A coitu solæ aialium currunt: ex aduerso aquilonum austrorūue put matē aut scēminā cōcepere. Colorem ilico mutant rubriore pilo: uel quicunq; sit pleniore. Hoc argumēto desinunt admittere etiā uolētes. Nec impedit partus quasdam ab opere. Falluntq; grauide. Vicisse olympia prægnantē equā Heerati dis thessali inuenimus. Equos & canes & sues initum matutinum appetere: scēminas aut post meridiē blanditi diligentiores tradunt. Equas domitas. lx. diebus equire: anteq̄ gregales. Sues tantū coitu spumam ore fundere. Verrem subantis: audita uoce nisi admitat cibū non capere usq; in maciē. Scēminas tantum efferari hominem lacert: candida maxime ueste indutam. Rabies ea aceto mitigatur naturæ asperso auditas coitus putatur ex cibis fieri. Sicut uiro eruca: pecori cepa. Quæ ex ferris mitigent nō concipere: ut anseres: apros uero tarde: & ceruos: nec nisi ab infantia educatos. Mirū est quadrupedum